



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Super Abstorf.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527



SVPER ABSTORF.

*IN NOMINE SANCTAE
& indiuidua Trinitatis.*

HEINRICVS DIVINA CLE-
mentia fauente Romanorum Im-
perator Augustus.

VIII.

Siquid Ecclesiæ DEI vel in eisdem seruientes de nostris ditare studuerimus, procul dubio immarcessibile primum in futuro capessere credimus. Qua de re cunctis fidelibus nostris presentibus scilicet & futuris notum esse volumus, qualiter nos aeterna vita desiderio inflammati, tam pro remedio anima nostra, quam parentum nostrorum, nec non & interuentu dilecta contemtalis nostra Chunigundæ, & pro dilecti Altahensis Abbatii Godchardi gratissimo obsequio, eidem Ecclesiæ, cui ipse præesse videtur, in usum monachorum inibi DEO famularium, in Marcha & Comitatu Adalberti Marchionis decem regales mansos inter hos terminos sitos ab occidentali videlicet plaga super villam, que Abstorf nuncupatur, de medio Danubij alueo usque in riuulum, qui vocatur Smidaha, latitudine ad Orientalem plagam, longitudine vero contra Wagneine vergente in locis probabilibus & suiq; semper aptis. Insuper etiam parvulam insulam in Danubio, contra eandem villam iacentem, per hanc nostri precepti paginam concedimus atque largimur cum omnibus appenditiis ad eosdem

K 2 pertinen-

pertinentibus, arcis, edificiis, terris cultis & incultis, pratis, pa-
scuis, & compascuis, viis & inuis, aquis, aquarumque decur-
sibus, molendinis, piscationibus, venationibus, sylvis extir-
patis vel adhuc extirpandis, seu cum omnibus qua dici vel no-
minari possunt utensilibus, & de nostro Imperiali iure in
eius ius ac dominium omnino transfundimus. Ea quippe ra-
tione, ut predictus Abbas suorum successores, exinde liberam ha-
beant potestatem, tenendi, communandi, vel quicquid eius in
usum predicatorum fratrum agere libuerit. Et ut hac nostra
donationis auctoritas omnium hominum contradictione re-
motastabilis & firma constet, hanc chartam ex nostra iussione
conscriptam ac signatam manu propria subitus firmauimus.

Data V I I. Idus Aprilis Indict. I I. Anno Dominicæ in-
carnationis M. XIX. Anno vero domini Henrici

Secundi regnantis X VII I. Imperij Anno V I.

Actum Mersburg feliciter.

Amen.



PRIVI-